

Die kulturelle Bedeutung der Rhetorik

[Crassus] „neque vero mihi quicquam“ inquit „praestabilius videtur, quam posse dicendo tenere hominum mentis, adlicere voluntates, impellere quo velit, unde autem velit deducere: haec una res in omni libero populo maximeque in pacatis tranquillisque civitatibus praecipue semper floruit semperque dominata est.

Quid enim est aut tam admirabile, quam ex infinita multitudine hominum existere unum, qui id, quod omnibus natura sit datum, vel solus vel cum perpauca facere possit? Aut tam iucundum cognitu atque auditu, quam sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio et polita? aut tam potens tamque magnificum, quam populi motus, iudicum religiones, senatus gravitatem unius oratione converti? Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare adflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in civitate? Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis vel provocare integer vel te ulcisci lacessitus? Age vero, ne semper forum, subsellia, rostra curiamque meditare, quid esse potest in otio aut iucundius aut magis proprium humanitatis, quam sermo facetus ac nulla in re rudis?

Hoc enim uno praestamus vel maxime feris, quod conloquimur inter nos et quod exprimere dicendo sensa possumus. Quam ob rem quis hoc non iure miretur summeque in eo elaborandum esse arbitretur, ut, quo uno homines maxime bestiis praestent, in hoc hominibus ipsis antecellat? Ut vero iam ad illa summa veniamus, quae vis alia potuit aut dispersos homines unum in locum congregare aut a fera agrestique vita ad hunc humanum cultum civilemque iura describere?

Ac ne plura, quae sunt paene innumerabilia, consector, comprehendam brevi: sic enim statuo, perfecti oratoris moderatione et sapientia non solum ipsius dignitatem, sed et privatorum plurimorum et universae rei publicae salutem maxime contineri. Quam ob rem pergite, ut facitis, adolescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut et vobis honori et amicis utilitati et rei publicae emolumento esse possitis.“

(Cic. de or. I 30-34)

Geschichte der Rhetorik

Die Geschichte der Rhetorik beginnt in Griechenland. Im 5. Jhdt. verknüpften die Sophisten Philosophie und Rhetorik, so dass sie durch philosophisch-rhetorische Kunstfertigkeit auch die Argumentation der „schlechteren Sache“ zur besseren machen konnten.

Der Sophist **Gorgias** war der erste große Redelehrer. Er betonte die Notwendigkeit, mittels der Rede die Gefühle des Zuhörers anzusprechen, womit jede gewünschte Wirkung zu erzielen sei. Der Philosoph **Sokrates** (470-399) lehnte die Haltung der Sophisten ab. Er setzte die Wahrheitsfindung vor die Wahrscheinlichkeit und die Überzeugung vor die Überredungskunst der Rhetorik. Sein Schüler **Platon** setzte diesen Weg fort. **Aristoteles** (384-322), Platons bedeutendster Schüler, nahm beide Richtungen auf und verband sie. Seine 3 Bücher umfassende „Rhetorik“ ist das bedeutendste Lehrbuch der Redekunst.

In Rom strömte mit der griechischen Bildung im 2. Jhdt. v. Chr. auch die griechische Rhetorik ein. **Cato**, der allem Griechischen gegenüber skeptisch war, hielt viele nach griechischem (!) Vorbild wirkungsvoll stilisierte Reden vor Gericht und im Senat. Seine Sentenzen (z. B. „*rem tene, verba sequentur*“) sind Beispiele des pointierten Stils. Bedeutende Lehrer griechischen Ursprungs sind **Poseidonios**, **Philon von Larisa**, **Antiochos von Askalon** und **Apollonios Molon**.

Cicero, der von Apollonios Molon unterrichtet wird, verbindet Rhetorik und Philosophie in seinem Ideal des *orator sapiens*, des philosophisch gebildeten Redners und Staatsmannes. Er erkannte damit klar die zweifache Funktion der Rede: fundierte Information und gezielte Manipulation. Seine wichtigsten Bücher über die Redekunst sind „de oratore“, „orator“ und „Brutus“.